



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.3. Arx inimici quàm inuisa?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

Hereditate possideamus Sanctuarium Dei: Deus
inmensus, pone illos ut rotam: & sicut stipulam
ante faciem venti. Nam qui hodie in aulis
sunt potentes, & summi, & exaltantur, ut
cedrus Libani repente, ut radij in rota, ver-
tuntur, & sunt imi, & transiui, & ecce non
erat. Quod videre fuit olim in Aman, in
Achitophel, in Bellitario, in Seiano, in in-
numeris, qui fortunæ spectaculum fuere.
Ut proinde ad finem istorum potius, quam
ad exaltationem sit respiciendum, sed in hi-
storia pergamus.

Cessit *Didacus de Haro*, cum sorore sua
Vrraca, & in Africam iuit, inter nigros
homines infelix exulaturus. Non tamen
ita cessit, ut non haberet animum redeun-
di, vel placato, vel sublato è viuis *Alfonso*.
Quare cum castrum quoddam *de Guiar* di-
ctum haberet, famâ clarissimum, à situ lo-
ci, & munitione, quodammodo insupe-
rabile, illud discedens nobili cuidam Hispa-
no *Marco Guterrio*, (alij illum *Guttherrium*
nominant) in fidem tradidit, & etiam at-
que etiam commendauit. Ita ille in exiliû
profectus, regi crucem fixit. Experti sumus,
his annis, quantum damnum toti provin-
cia afferat, etiam vnicum eiusmodi castrû.

III.
ARX INI-
MICI
QVAM IN-
VISA.

38 Cap. IV. M. Guterrij exemplo animam

Luculentè id demonstravit *Hochenvila*, unde eruptiones factæ non solum itinera infestarunt, sed etiam omnes circumiacentes pagos & oppida, & arces tributarias fecerunt. Talis arx erat *Guia*, regi in oculo spina, immo lancea. Delicata res est oculus, ne minimum quidem ferre potest puluisculum, quid non sentiet, si spina, immo lancea pungatur? Non poterat *Alfonsus* pati, ut *Didacus* in regno suo nomen, ne dum arcem haberet, in quam tot prædæ conuehebantur. Itaque sicut, qui reliquo toto corpore est sanus, si vnicum adhuc vlcus sentit, quiescere non potest, donec rumpatur: ita neque rex potuit esse tranquillus, donec ea arce potiretur. Pro ea occupanda, omnem aleam censuit tentandam, lapidem omnem mouendum.

IV.
MARCI
GUTERRIJ
FIDE-
LITAS
TENTATA.

Iam attendite diligenter, & discite omnes, quid vos, hoc tam turbulento tempore, vel facere, vel fugere par sit. Omnem *Alfonsus* mouit lapidem, ut arce potiretur, consilijs itaque varijs usus est. In primis misit legatos ad *Marcum Guterrium*, qui arcem peterent sibi nomine regis tradi, ad quem titulo iustitiæ pertineret, tamquam bonum exulis, fisco addictum regio. Ibi
tum